

## CAP. III.

Statum reipubl. Romanæ multum differre à statu Galliæ, & nihilo fecius ex libris Justiniani non posse addisci.

**C**UM hæc ita sint, cumque tale in genere sit jus publicum Justiniani, inspiciamus nunc, quid Galliæ nostræ prodesse possit sollicita investigatio & cognitio magistratum Romanorum, sive libertatem, sive principatum consideremus: in tanta præsertim Galliæ nostræ, & Romanorum reip. differentia. Atque si distinctius agere libet, videamus modo differentiam, quæ inter patricos & plebejos fuit. Nam in sola hac differentia conditionis & qualitatis personarum omnis status publicus latebat: seu summos magistratus, honores, & munera respiciamus, seu comitia, auguria, auspicia & sacrificia, seu infinitas res alias, quibus patricii soli fruebantur, reliquis plane exclusis. Uno verbo, his duabus qualitatibus, & differentiis personarum, tanquam duobus cardinibus sustinebatur ac vertebatur status reip. Romanæ. Sed hac vice de eo statu loquamur, cujus mentio facta est

est